nem. Secundo tangit multitudinem nocentorum que alijs inferunt cum subdit in vijs eorum. id est in operibus eorum est contritio quia. scilicet alios perunt opprimendo eos. Isa. 10. Ad contentum erit cor eius et infelicitas in quantum. scilicet priuant bonis bonis suis ad miseriam eos deducendo. Job. 24. Rudos dimittit homines indumenta tollentes et cetera. Possunt tamen huius duo intelligi esse posita ad designandum penam potius quam culpam ut sit sensus in vijs eorum est contritio et infelicitas id est opera eorum que per vias designantur ducunt eos ad contritionem et infelicitatem ita quod propter referunt ad oppressionem pene qua pro peccatis puniuntur. Isa. 30. Comminent sicut conteritur lagena figuli. Infelicitas autem referenda est ad penam diuini qua felicitate eterna priuabuntur. sapi. 12. Infelices autem sunt et inter mortuos spes eorum. Tertio ostendit eorum culpe obstinationem ad malum a qua quidem aliqui reuocantur dupliciter. Uno modo per hoc quod volunt ab hominibus pacem habere. sed pro hoc dicit. Et via pacis non cognouerunt id est non acceptauerunt. ps. Cuius qui oderunt pacem. Alio modo intuitu diuini timoris. sed isti nec deum timet nec hominem reuerentur ut dicitur. Luc. xvij. Unde subditur non est timor dei ante oculos eorum id est ante ipsorum considerationem. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Potest autem et hoc specialiter dici pro iudeos pro non credentes quod non cognouerunt viam pacis. id est ipsum. de quo dicit. eph. 2. Ipse est pax nostra. Deinde cum dicit. Scimus autem quod quecumque manifestat auctoritatem inducta tripliciter. primo quidem exponendo sensum eius. secundo exponendo intentionem ipsius ibi. Et omne os. tertio assignando rationem dictorum in ipsa lib. Quia ex operibus. Circa primum considerandum est quod iudei contra quos apostolus hic loquebatur poterat ad sui excusationem pertere sensum auctoritatis inducte dicendo quod premissa verba sunt intelligenda de gentibus non de iudeis. Sed hoc excludit apostolus dicens. scimus quod quecumque lex loquitur hijs qui in lege sunt loquitur. id est ad quos lex datur et qui legem profitentur. Legem precepit nobis moyses. Scitiles autem non erant sub lege. et secundum hoc predicata verba pertinet ad iudeos. Et hic autem duplex obiectio. Prima quidem quod verba supra inducta non sunt assumpta de lege sed de preceptis. Sed ad hoc dicens dum est quod quandoque nomen legis sumit pro toto veteri testamento non pro quibus libris moysi tamen secundum illud Jo. 15. Et impleat sermo qui in lege eorum scriptus est quod odio habuerunt me gratis quod scriptum est in veteri testamento non in quibus libris moysi qui proprie lex dicitur. Et sic etiam lex accipit hic. Quibus autem totum vetus testamentum diuidit in tria. scilicet in legem. ps. et prophetas. secundum illud. Luce vltimo. Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi. ps. et prophetis de me. Aliquibus vero totum vetus testamentum diuidit in duo. scilicet in legem et prophetas secundum illud. Ma. 22. In hijs duobus mandatis pendet omnis lex et prophete. Et secundum hunc modum psalterium sub prophetis continetur. Secunda obiectio est quod in lege. id est in veteri testamento multa dicitur pertinentia ad alias gentes sicut patet in pluribus locis. Psalms. et Jerem. Ubi dicitur multa contra babilones et sicut contra alias nationes. Non ergo quecumque loquitur lex. loquitur hijs qui de hijs qui in lege sunt. Sed dicendum quod quandoque indeterminatione loquitur ad eos pertinere videtur quibus lex datur. quando vero scriptura de alijs loquitur speciali titulo designat alios sicut cum dicitur onus babilonis et onus tyri. et cetera. Que contra alias gentes in veteri testamento dicitur. aliquo modo ad iudeos pertinebant in quantum eorum infortunia ad eorum consolationem vel terrorem prenucciabant sicut etiam predicatores ea debet dicere que pertinent ad eos quibus predicat non autem que pertinent ad alios. Ysa. 58. Annuncia populo meo peccata eorum quasi diceret non que sunt aliorum. Deinde cum dicit. Et omne os. et cetera. assignat intentionem predicte auctoritatis

propter duo enim scriptura omnes de iustitia arguit. **P**rimo quidem ad reprimendum eorum sacrilegium qua se iustos arbitrabantur sicut dicitur luc. 11. 8. **E**t iuno his in sabbato. **E**t quatuor ad hoc dicitur ut omnes obstruat quod se sibi iusticia presumptuose ascribebat. **P**rimo. **O**bstrectum est os loquentium iniqua. **1. reg. 2.** **N**olite multiplicare loqui sublimia gloria vestra. **S**ed ut suam culpam recognoscere et se deo subijciant sicut infirmus medico. **U**nde subdit. **E**t subditur fiat omnis mundus deo id est non solum gentilis sed etiam iudeus culpa suarum cognoscere. **P**rimo. **N**one deo subiecta erit anima mea? **U**nde subditur cum dicitur quoniam ex operibus legis assignat rationem promissorum verborum. **E**t primo ponit rationem. **S**ed manifestat eam ibi per legem. **D**icit ergo primo ideo non est iustus quod quoniam omnia caro id est omnis homo non iustificat coram illo. **1. in eius iudicium ex operibus legis quod ut dicitur gal. 2. Si ex lege est iusticia christi gratis mortuus est. Et ad titum. 3. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed in misericordia saluos nos fecit. Est autem duplex opus legis. quod dicitur quod est propter legis mores sicut observatio ceremoniarum malium preceptorum. quod dicitur est opus legis nature que pertinet ad legem naturalem sicut non occidas non furtum facias. **U**idaz ergo hoc intelligitur dictum esse de primis legis operibus scilicet quod ceremonialia gratia non conferunt per quam homines iustificentur. non tamen ista videtur esse intentio apostoli quod patet ex hoc quod statim subdit. **P**er legem enim cognitio peccati. **M**anifestum est autem quod peccata cognoscuntur per prohibitionem moralium preceptorum. et ita apostolus intendit quod ex operibus legis iusticie etiam que per precepta moralia mandantur non iustificat homo. ita quod ex operibus in eo auferatur iusticia quia ut dicitur infra. **11. Si enim gratia iam non ex operibus. Deinde cum dicitur per legem probat quod dixerat scilicet quod opera legis non iustificent. lex enim datur ut homo cognoscat quid debeat agere quod vitare. **P**rimo. **N**on fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestavit eis. **puer. 6. Mandatum lucerna est et lex lux et via vite. Et hoc autem quod homo cognoscat peccatum quod vitare debet tanquam prohibitu non statim sequitur quod illud vitet quod pertinet ad rationem iusticie quod concupiscentia subvertit iudicium rationis in peccatis operabili. Et ideo lex non sufficit ad iustificandum sed est necessarium aliud remedium per quod concupiscentia reprimatur.******

Lectio tertia.

Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est testificata a lege et prophetis. **I**usticia autem dei per fidem iesu christi in omnes et super omnes quod credunt in eum. **O**mnes enim peccaverunt et egent gloria dei. **I**ustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo iesu. quem proposuit deus propitiatorum per fidem in sanguine ipsius ad offensionem iusticie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione dei ad offensionem iusticie eius in hoc tempore ut sit ipse iustus et iustificans eum quod ex fide est iesu christi.

Postquam apostolus ostendit iudeos et gentiles equales esse quantum ad statum culpe precedentis. hic ostendit eos equales quantum ad statum gratie subsequentis. **E**t circa hoc tria facit. primo ostendit propositum. **S**ed ostendit quoddam quod supponit ibi. **I**n iudeorum deo tantum tertio res potest obiecti ibi legem ergo destruis. **C**irca primum tria facit primo proponit quod intendit. **S**ed manifestat propositum ibi. **H**oc est distinctio. **ter-**

cio infert conclusionem intentam ibi. **U**bi est ergo glorificatio tua? **C**irca primum tria facit. primo proponit habitudines iusticie ad legem. **S**ed assignat causam iusticie ibi. **I**usticia autem dei. tertio assignat huiusmodi iusticie coetatem ibi. **I**n omnes et. **P**onit autem primo duplicem comparisonem seu habitudinem iusticie ad legem. primo quod quod non est ex lege causata. **E**t hoc est quod dicitur dicitur est quod olim per opera legis non poterat esse iusticia dei vel quod ipse iustus est adimplens promissa de iustificatione hominum. **infra 15. Dico enim christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei. Uel potius iusticia dei que aliquid iustificatur a deo de qua dicitur infra. 10. Ignorantes dei iusticiam. Deinde in quod dei iusticia nunc id est tempore gratie manifestata est tunc per christi doctrinam tunc per ei miracula. tunc etiam per facti evidentiam in quantum evidens est multos esse se diuinitus iustificatos. **E**t hoc sine lege scilicet causante iusticiam. **Gal. 5. Evacuati estis a christo. quod in lege iusticiamini a gratia excidistis. ysa. 56. Prope est salus mea ut veniat et iusticia mea ut reuelentur. Et ne aliquid credat hanc iusticiam legi esse contrariam. sed ponit aliam habitudinem iusticie ad legem cum dicit. Testificata a lege et prophetis. **U**nde quidem christi iusticia testificata promissio et figuratio. **Jo. 5. Si credens moysi. fortis et mihi crederet de me enim ille scripsit et etiam per effectum quod cum ipse iustificare non poterat testimonium prohibebat alii de qua dicitur esse iusticia. **P**rophetis autem testificati sunt eam promissio. **Act. 11. Hic omnes prophete testimonium prohibent. U**nde sequenter autem assignat causam huius iusticie et dicit iusticiam autem dei est per fidem iesu christi. **I**ta quod ipse tradidit. **Je. 12. Aspicientes in auctorem fidei et Uel etiam que de ipso habet infra 10. Quia si confitearis in ore tuo dominum iesum et in corde tuo crederis quod deus illum suscitavit a mortuis saluus eris. **D**icitur autem iusticia dei esse per fidem iesu christi non ut quod per fidem mereamur iustificari quasi ipsa fides ex nobis existat et per eam mereamur dei iusticiam sicut pelagiani dixerunt. sed quia in ipsa iustificatione qua iustificamur a deo primus motus mentis in deum est per fidem. **A**ccedentem enim ad deum oportet credere ut dicitur heb. 11. **U**nde et ipsa fides quasi prima pars iusticie est nobis a deo ephe. 2. Si estis saluari per fidem et. **H**ec autem fides ex qua est iusticia non est fides informis de qua dicitur 1. **1. cor. 2. Fides sine operibus mortua est. 13. est fides per caritatem formata de qua dicitur gal. 5. **M**anet in christo iesu neque circumcisi si aliquid valet sine fide. per quam in nobis habitat christus. ephe. 3. **H**abitare christum per fides in cordibus vestris quod sine caritate non fit. 1. **Jo. 4. **U**niuersa delicta operum caritas. **E**t ne aliquid diceret per hanc fidem solos iustos iustificari. tertio ostendit communitatem huius iusticie cum subdit in omnes quod scilicet ista iusticia est in corde non carnalibus obfuantibus de quibus dicitur heb. 9. **C**arnales obfuantie erant ad iustificationem carnis usque ad tempus correctionis impositae. **E**t super omnes. quod videlicet facultate humanam ac merita excedit. 2. **cor. 3. **N**on quod sufficientes sumus cogitare. **A**ddit autem quod credunt in eum quod pertinet ad fidem formata per quam homo iustificatur ut dicitur est. **U**nde cum dicit. **H**oc est enim distinctio manifestat quod dixerat et primo quantum ad communitatem iusticie. sed quantum ad causam eam ibi. **I**ustificati gratis. tertio quantum ad manifestationem ipsius ibi. **A**d ostensionem. **D**icit ergo primo dicitur est iustificatio dei est in omnes et super omnes quod credunt in christum. **H**oc enim est quantum ad hoc distinctio inter iudeum et gentile. **col. 3. **I**n christo iesu non est gentilis et iudeus scilicet distinctionem aliquam habet quasi iudeus non indigeat iustificari a deo sicut gentilis. omnes enim peccaverunt sicut supra ostensum est ysa. 53. **O**mnes nos quasi omnes erravimus. et per hoc egent gloria dei id est iusticia****************

Ad Romanos

tatione qua in gloriam dei cedit. non autē sibi debet ho-
mo hanc gloriam ascribere ps. Non nobis domine nō no-
bis sed nomini tuo da gloria. ps. Date gloriam deo. Sic
igitur quia omnes peccauerūt et ex se iustificari nō possūt
restat vt per aliam causā iustificentur quā consequenter
ostēdit subdēns iustificati. **U**bi primo ostēdit q̄ huius
modi iustificatio est sine lege id est q̄ non est ex opibus le-
gis cū dicit. **I**ustificati gratis id ē absq̄ merito precedē-
tium operū. ysa. liij. **G**ratia venūdātū estis et sine argento
redimemini. **E**t hoc per gratia ipsius scilicet dei cui ex
hoc debetur glia. i. corin. i. 5. **G**ratia dei sum id qd sum.
scdo ostēdit que sit causa iustificatiōis. **E**t primo ponit
ipsā causā cū dicit **P**er redēptionē vt est dicit. **J**o. 8.
Qui facit peccatū seruus est peccati. **E**x qua qdē seruitute
homo redimēt si p peccato satisfaciatur. **S**icut si aliquis ob
culpā commissā obnoxius esset regi ad soluēdam pecuniā
am ille em redimere diceret a noxa q̄ pro eo pecuniā sol-
ueret. hec autē noxa ad totū humanū genus ptinebat qd
erat infectū p peccatū primi peccati. **U**nde nullus ali⁹ p
peccato totius humani generis satisfacere poterat nisi so-
lus xps qui ab omni peccato erat immunis. **U**nde subdit
Que ē in xpo iesu. q̄ si dicat in alio nō poterat nobis esse
redēptio. i. pe. 1. **N**on corruptibilibus auro vel argēto.
scdo ostēdit vnde ista redēptio efficacā habuit cū dicit.
Quē pposuit de⁹ ppiatoriē. **E**x hoc em xpi satisfactō ef-
ficaciā ad iustificādū habuit et ad redimēdū qz euz deus
ad hoc ordinauerat fm suū ppositū qd designat cū dicit.
Quem pposuit de⁹ ppiatoriē. **E**phe. 1. **Q**ui opat oīa
fm cōsiliū volūtatē sue **A**l pposuit id ē p oibus posuit.
vt quia humanū genus nō habebat vnde satisfacere pos-
set nisi ipse de⁹ eis redēptorē et satisfactorē daret. ps. **R**e-
demptionē misisti nobis populo tuo. **E**t sic dum satisfaciens
deus nos redimit a noxa peccati. deum peccatis nris ppi-
cū facit qd p̄rebat psalmista dicens **P**ropici⁹ esto peccis
nris. et ideo dicit eum ppiatoriē. i. **J**o. 2. **P**ropiciatio
In cuius figura. **E**xo. 25. **M**ā datur q̄ fiat ppiatoriū.
id est xps qd ponebatur sup archā id est ecclesiam. **T**ercio
ostēdit per qd redēptionis effectus ad nos pueniat eum dicit.
Per fidem in sanguine eius id est q̄ est de sanguine
eius p nobis effuso. **E**t enim pro nobis satisfeceret con-
gruebat vt penam mortis pro nobis subiret quā homo p
peccatū incurrerat fm illd. **g**en. 2. **Q**uacūq̄ die tē. **U**n-
de dicit. i. pe. 3. **S**pus semel p peccatis nostris mortu⁹ est.
Hec autē mors xpi nobis applicat p fidem qua euz credi-
mus p suam mortem mundū redemisse. **g**al. 2. **I**n fide vi-
uo filij dei qui dilexit me tē. **H**ā et apud hoīes satisfactio
vnius alteri non valeret nisi eā ratam haberet. **E**t sic pas-
ter quomodo fit iusticia p fidē iesu xpi vt supra dictū est.
Sed quia etiā supra dixit iusticiā dei esse nūc manifestatā
agit consequenter de hac manifestatione et primo tangit
modū manifestationis dicens. **A**d ostensionem quasi dicat
hoc in quā factum est vt iustificaremur per redēptionē
xpi et per fidem sanguinis eius ad ostensionē iusticie sue
id est ad hoc q̄ suam iusticiā deus ostenderet. et hoc pp̄
remissionem precedētū delictorū. **I**n hoc enim q̄ prece-
dentia delicta deus remisit que lex remittere non poterat
nec hoīes ppria virtute ab eis se precuare poterāt ostē-
dit q̄ necessaria est hominibus iusticia qua iustificētur a
deo solum autem p sanguinē xpi potuerūt remitti pecca-
ta non solum p̄ntia sed p̄terita quia virt⁹ sanguinis xpi
operatur per fidem hoīs quā quidē fidem habuerūt illi
qui p̄cesserunt xpi passionem sicut et nos habemus. 2.
corinth. 4. **H**abentes eūdem spiritūz fidei credim⁹. **U**n-
de legit aliter vt dicatur ppter remissionē delictorū que
sunt hominū precedentium christi passionem. **U**nde dicit
tur michi. **V**ltimo **D**eponet iniquitates nostras et projiciet

et scdo ostēdit tempus manifestationis euz subdit **I**n-
sustentatione dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tem-
pore quasi diceret precedentia delicta erant ante xpi pas-
sionem in sustentatione dei quasi in quadā diuina dei su-
stentatione quia nec p eis credentes et penitentes dāminat
nec ab eis totaliter reddit absolutos vt scz eis non obstā-
tibus possint introire in gloriam **U**el fm allam litteram
potest intelligi q̄ ipsi sancti p̄ces erāt in sustentatione dei
quia detinebātur in limbo non qd dem patietes penam sen-
sibilem sed expectantes introire in gloriam per xpi passi-
onem. ecc. 2. **S**ustine sustentationes dei. **A**d hoc in quā
precedentia delicta vel precedētes patres erāt in susten-
tatione dei ad ostensionem scz iusticie eius in hoc tempore id ē
vt in hoc tempore gratie sue iusticiā p̄fecte ostenderet
plenā remissionē peccatorū tribuēdo. ps. **V**enit tempus
tē. **E**t. 2. cor. 6. **E**cce nūc tēpus acceptabile tē. **E**t hoc
ē qd supra dixerat nūc esse iusticiā dei manifestatā. **O**por-
tuit aut vt precedentia peccata vsq̄ ad hoc tēp⁹ essent in dei
sustentatione. vt primo cōuinceret homo de defectu scien-
tie. quā tēpore legis nature in errores et turpia peccata inci-
dit. et etiam defectu potētie qz post legē scriptā q̄ fecit co-
gnitiōez peccati adhuc homo p infirmitatē peccauit. **T**ercio
ostēdit q̄ p remissionē peccatorū dei iusticia ostēdat. siue
accipiatur dei iusticia qua ipse est iustus siue q̄ alios iusti-
ficat. **U**nde subdit **E**t sit ipse iustus id ē vt p remissionē
peccatorū deus appareat esse iustus in seipso. tū qz remit-
tit peccata sicut promiserat. tum qz ad iusticiam dei per-
tinet q̄ peccata destruat hoīes ad iusticiā dei reducēdo. ps.
Iustus dñs et iusticias dilexit. **E**t etiā vt sit iustificā cū
q̄ est ex fide iesu xpi. i. q̄ per fidez iesu xpi accedit ad deū.
Accedentem enim ad deum oportet credere heb. 11.

Lectio quarta.

Ubi est gloriatio tua? **E**xclusa ē per
quam legem? **F**actorū? **N**on. **S**ed
per legē fidei **A**rbitramur enim iu-
stificari hominem per fidez sine opibus legē
An iudeorum deus tm̄. **N**ōne et gentium?
Immo et gentium. **Q**uoniam qdē vnus
est deus q̄ iustificat circūcisionem ex fide et
p̄pucium per fidem **L**egē ergo destruim⁹
per fidem? **A**bsit. **S**ed legem statuimus.

Post q̄ ap̄ls ostēdit q̄ iudei nō p̄cedunt gentiles neq̄
q̄tm̄ ad statū culpe: neq̄ q̄tm̄ ad statū iusticie: b̄ cōcludit
cōclusionē intēā excludēdo scz eoz gloriatiōē q̄ gentib⁹ se
p̄ferēbāt et circa hoc tria facit. **P**rimo pponit hui⁹ glorie
exclusionē. scdo exclusionis causam ibi **P**er quā legem
tercio ostēdit modum quo excludit ibi. **A**rbitramur em̄
tē. **C**irca primū duo facit. **P**rimo pponit questionē dis-
cēs ex quo cōiter es sub peccato tu iudeus sicut et genti-
lis et ex quo gentilis iustificatur per fidē sicut et tu vbi est
gloriatio tua. quā scz in lege gloriaris vt supra scdo dicit
tum est. **E**t p hoc te gentili via preferre. i. cor. 5. **N**on ē
bona gloriatio vestra. **g**al. 6. **N**on efficiamur inanis glie
cupidi tē. scdo huic questionē r̄ndet dicens exclusa est. i.
sublata ē. i. reg. 4. **E**t oblata est gloria de israel. **o**see. 4.
Gloriam eoz in ignominia cōmutabo **A**l exclusa id ē ex
presse manifestata ē. gloriabant enīz iudei in gloria et cul-
tu vnus dei et hanc eoz gloriā dicit exclusam id ē exp̄f-
sam per xpm sicut arifices qui aliquā imaginē in argēto
exp̄munt exclusos vocantur fm illud ps. **E**t excludat
eos qui p̄bati sunt argēto. **S**ed primus sensus ostēdit causam
litteralis. **C**um autē dicit per quam legem ostēdit causam

huius exclusionis. Quia autem iudeorum gloriatio erat in lege ut supra dictum est. ideo oportere videbatur quod per aliquam eiusdem generis. id est per aliquam legem eorum gloriatio excluderetur. Et ideo querens subdit. per quam scilicet est eorum gloriatio exclusa. Posset autem aliquis credere quod eorum gloriatio non exclusa a plus diceret per alia precepta legalia quibus quidam mala opera mandarentur. Et ideo interrogando subdit. Factorum? quasi dicit. Nunquid per aliquam legem factorum eorum gloriationem exclusam dico? Et respondet quod non. sed per legem fidei. et sic patet quod duplicem legem hic inducit apostolus scilicet factorum et fidei. Et in proprio esse videtur quod per legem factorum intelligitur lex veteris. et per legem fidei lex noua per quam gentilis equiparatur iudeo. Sed dubitatur de hac distinctione. Nam in veteri lege necessaria erat fides sicut et in noua. Eccl. 2. Qui timeris domini credite illi. Et ps. Credidi propter quod loquor sum. immo etiam in noua lege facta quedam requiruntur et quorundam sacramentorum secundum illud. Luc. 22. Hoc facite in mea commemoracione. Et etiam moralium obseruationum. Jac. 1. Estote factores verbi et non auditores tantum. Dicendum est igitur quod legem factorum dicit legem exterius propositam et descriptam per quam exteriora facta hominum ordinantur. dum precipitur quid fieri debeat et per prohibitionem ostenditur a quo debeat abstineri. legem autem fidei vocat legem interius descriptam per quam non solum exteriora facta sed etiam ipsi motus cordium disponuntur. inter quos primus est motus fidei. Corde enim creditur ad iustitiam ut dicitur hic cap. 1. Et de hac lege loquitur infra 8. Lex spiritus vite que est in christo Iesu. Deinde cum dicit. Arbitramur enim ostendit modum quo per legem fidei gloria iudeorum excludit dicens. Arbitramur enim nos apostoli veritatem a christo edocti hominibus quecumque sive iudeis sive gentilibus iustificari per fidem. act. 15. Fide purificans corda eorum. et hoc sine operibus legis non autem solum sine operibus ceremonialibus que gratiam non conferbant. sed solum si significabant: sed etiam sine operibus moralium preceptorum secundum illud ad Titum. 3. Non ex operibus iusticie que fecimus nos etc. Ita tamen quod intelligas sine operibus precedentibus iusticiam. Non autem sine operibus consequentibus quia ut dicitur. Jac. 2. Fides sine operibus scilicet subsequentibus mortua est. Et ideo iustificare non potest. Deinde cum dicit. In iudeorum ostendit quoddam quod supponeretur quod iusticia fidelium communiter se haberet ad omnes. Et per quidem hoc manifestauerat ratio accepta ex parte cause materialis cum supra dixerat. omnes peccauerunt et egere gratia dei id est peccatores sunt quos oportet per gratiam fidei iustificari. sed probatio que est ex sola causa materiali non sufficit quia materia non mouetur per se ad formam sine causa agente. Et ideo hic subiungit rationem acceptam ex parte cause agentis id est iusticie que est deus. infra 8. Deus qui iustificat. Manifestum est autem quod deus noster illos iustificando saluat quorum est deus secundum illud ps. Deus non ster deus saluos faciendi. Non est autem iudeorum nisi deus sed et gentium ergo utrosque iustificat. Circa hoc ergo tria facit. Primo proponit questionem de iudeis cuius dicit. An iudeorum tantum est deus? Quod quidem videri posset alicui per hoc quod dicit. exo. 5. Deus hebreorum vocauit nos. Dicendum est ergo quod iudeorum deus tantum erat per specialiter cultum ab eis deo exhibitum. Unde in ps. Dicitur notus in iudea deus erat tamen deus omnium per commune regimen vniuersorum secundum illud. ps. Rex omnis terre deus. secundo proponit questionem ex parte gentilium dicens. Nonne et gentium scilicet est deus et respondet. Immo et gentium quas scilicet gubernat et regit secundum illud. Je. 10. Quis non timebit te o rex gentium. tertio ibi Quonia quidem manifestat per signum quod dixerat. quasi dicat ex hoc manifestum est quod deus est non solum iudeorum sed et gentium quia

quidem vnus est deus qui iustificat circuncisionem id est iudeos ex fide. ut enim dicitur. gal. 5. In christo Iesu neque circuncisio neque preputium. Quod autem dicit ex fide et per fidem sed gloria est omnino idem. potest tamen aliqua differentia attendi. Nam hec prepositio ex designat aliquando causam remotam. hec prepositio per propinquam. Iudei ergo iustificati di cuius. ex fide quia fides fuit prima causa ex qua processit circuncisio et cetera sacramenta legalia et ita iudeos iustificat fides sicut quedam causa primaria per quasdam medias causas. sed gentiles per ipsam fidem immediate iustificati. Deinde cum dicit. Regem ergo. excludit quoniam obiectiones. posset enim aliquis dicere quod predictam legem destrueret et ideo querit dicens. Regem ergo destruitis per fidem. et hoc scilicet quod dicitur homines iustificati sine operibus legis. Et responder. Absit secundum illud. Na. 5. Non preteribit iora vnus aut vnus apex etc. Subdit autem. sed legem statumus id est per fidem legem perfectius et adimplemus secundum illud Na. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. et hoc quantum ad precepta ceremonialia que cum essent figuralia per hoc statumuntur et adimplentur quod veritas significata per ea in fide christi exhibetur et etiam quantum ad moralia quia fides christi auxilium gratie confert ad implenda moralia precepta legis. Addit etiam quedam consilia per que precepta moralia tutius et firmitus conseruatur.

Incipit capitulum quartum.

Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundum carnem. Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura. Credidit abraham deo: et reputatum est illi ad iusticiam. Et autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Et vero qui non operatur: creditur autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iusticiam secundum propositum gratie dei: sicut et dauid dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iusticiam sine operibus. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Beatitudo ergo hec in circuncisione tantum manet an etiam in preputio? Dicimus enim quia reputata est fides abrahe ad iusticiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione an in preputio? Non in circuncisione: sed in preputio.

Postquam apostolus exclusit iudeorum gloriam quam habebat in lege per eam se gentibus preferentes. hic excludit eorum gloriam quantum ad circuncisionem. Et circa hoc duo facit. primo refutatur questionem quam supra posuerat dicens. Que est utilitas circuncisionis? Et quia abraham primus mandatum de circuncisione accepit ut dicitur. gen. 17. ideo questionem iterat in persona ipsius abrahe dicens. Si ita est quod deus iustificat preputium sicut et circuncisionem. quid ergo dicemus inuenisse utilitatis abraham patrem nostrum secundum carnem. id est secundum circuncisionem carnalem et secundum alias obseruantias carnales. videtur esse inconueniens nisi dicitur quod nihil utilitatis inuenit cum dicitur. ysa. 48. Ego dominus docens te utilia. secundo ibi. Si enim abraham etc.